

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De oratore

Cicero, Marcus Tullius

[Nürnberg], 26. März 1497

Præfatio eiusdem in Marci Tullii oratorem

[urn:nbn:de:bsz:31-324199](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-324199)

mus deorum eloquentia: quae potissimas orbis terrarum ciuitates: & in his ingenia magna splendore suo nobilitat. Nec mirum cuius dici non potest quanta deterritas sit. Est enim versatilis natura: quae miris modis quolibet ipsa tam verti possit: quam vertere. Siquidem antistrophos est nunc probia: quae vni sunt Pythagoras Socrates: Plato. Nunc politicae: cuius principes fuerunt: Ciceron: atque Themistodes. Nunc dialecticae: cuius auctores fuerunt Demosthenes: Lycurgus: & reliqui oratores. Nunc sophisticae cuius inuictores fuerunt Aristogiton Aegemon. Nunc scomaticae: cuius primum fuerunt: Demades & Aristobolus: quibus omnibus inest latens persuasio quaedam: in aliis alia magis: minusue precepta sine qua nulla earum suum officium potest implere. Quae cum ita sit pro varietate rerum ac personarum: de quibus apud quos agit voce vultu gestu percipere docere: monere: castigare: redarguere: accusare: concitare: impellere: urgere: mulcere: sedare comprimere: assentire cedere delectare. Denique in omnes partes versare licet: ut animos ita & omnino. His ergo rationibus ductus eloquentiam existimo: ut ab initio proposui non modo laudanda esse: quod ita merita sit verum etiam laudabile: quod ita nata fuerit. Quo fit ut probandum sit maxime propositum eorum qui se huiusmodi studiis dederunt: ex quibus sibi patriae suae fructus vberissimos consequantur.

DIXI.

PRAEFATIO EIVSDEM IN MARCI TVLII ORATOREM.

VANTVM Ciceronis orator scriptis omnibus: non dico aliorum: sed ipsius quoque Ciceronis praefat: si scire vultis adolescentes optimi: accipite ipsius de hoc libro iudicium: qui cum ad Lepidum scriberet: Oratorem inquit meum tantopere a te probari vehementer gaudeo: mihi quidem sic persuadere: mei quicquid habuerim iudicium de dicendo in illi libro contulisse: qui si est talis qualis tibi videri scribis: ego quoque aliquid sum. Alter non recuso quin quantum de illo libro: tantum de mei iudicium fama detrahat. Quocirca videtis quantum facundius sit de oratore libro: in quo secum ipse Cicerone quodammodo certavit. Etenim cum aliis opibus ceteros scriptores superaret: hoc certe seipsum vicissim profiteretur. Est igitur omni diligentia perscrutandus liber: ex quo nunc demum potest vis omnis oratoria percipi. Hic enim oratoris qualis esse debeat eximius orator expressit: quod ab illo non minori studio quam arte confectum est. Siquidem vires omnes excitavit ingenii: ut quae animo conceperat: studio didicerat: vultu probauerat: verum dicendi primum nobis ante oculos poneret. Quam dignum igitur quam venustum quam elegantem ab eo frangi putamus: quod cum scriptores omnes longo intervallo reliquerit: In hoc vno tota mente versatus est: ut legentibus summi oratoris vim atque virtutem ostenderet. Ut enim pictor egregius: si quod potissimum pingere velit: ubi artis suae specimen praebet: praedarum quoddam efficere solet: ita facultatis huius incompabilis auctor: cum statuisset artificum sui periculum facere: id continuo deproposuit opus: quod diuino potius quam humano ingenio elaboratum videri posset. Appelles Veneris formam pictura imitatus est. Phidias Mineruae signum mirabili arte proficit. Multum quidem in suo uterque genere elaboravit. Cui rei id vel maximo fuerit argumento: quod alterius diuinae caput summumque peritus posteritas imperfectum reliquit: quod hoc de industria factum videri potest: ut cum Anadyomenem vocat: maris vides quasi emergentem pubertem extare voluerit: alterius effigiem. Athenienses in ipsius dextro templo: quod in arte amplissimum pulcherrimumque habuerunt: collocandum studiosissime curarunt. Quis tum populi concursus fuit: quam alacritas: ut praestantissimorum artificum praestantissima opera spectarent. Equidem ex vltimis terrarum partibus gentes confluisse crediderim: ut quod fama perciperent: id re ipsa curiosi boies experirent: quod si ea quae dico: & alia huiusmodi signa: tabulaeque pictae: visendi libere: studioque ducebantur illi: nullum saepe labore itineris recusantes: quanto studiosius nos expressam oratoris imaginem contemplari debemus: quam non in aere nobis aut marmore Ceres: siue Lissippus ope manibusque primis: sed incorruptis litterarum notis Romani decus eloquii Ciceronis ceciderit: praefertim cum nulla nobis spacia via dimetienda sint. Adest: & praesto est volentibus liber: non quod oculos inani pictura teneat: sed animum vera delectatione permulceat: & cum spectandis imaginibus laudentur artifices: quod viuos vultus colore ducunt: & marmore cognoscenda oratoris virtute quae se nobis hoc libro tota explicat: auctoris quod sui nequaquam perire celebrat laus: ipsius vero lectoris nibilo minor comprobatur utilitas: quod propositum dicendi magnum tanta admiratione persequitur: ut nihil sibi praedarius esse videatur. quae vero tantopere admiretur: ad eius imitationem necesse est summa ope nitatur. Nisi forte ingenio simus humili: & abiecto quod nihil magni: nihil egregium sperare audeamus. Neque enim audierunt hi qui tale dicuntur a Cicerone: describi oratoris: qualis nemo unquam fuit: & propterea stultum esse in eo elaborare: quod nec illi quidem consequi potuerunt quod omnibus dicendi arte praestiterunt. Hoc nibilo plus valet quam si quis praefatum iubeat a studio suo desistere: propterea quod rerum naturam cognoscere nullo modo possit: aut praefatum praefatum male sanum appellet: quod sapientiam sequatur: quod nulli unquam hominum omnino ex parte processa fuerit. Nam quod poeta elegans dixit: est aliquid praedire tenus: si non dat ultra praedare sibi: & recte dictum arbitror. Nunc ingenia magna pulcherrimo laboris primio fraudantur. Qui minus igitur laudandus erit: si quis cum dicendi arte percipere cupiat: hunc Cicerone librum crebra lectioe pertractet. quam Scipio ille Apfricanus: quod cum impatorias artes expeteret: Xenophontis libellos nunquam de manibus ponere solebat. Nec nescius erat Scipio Ciceroni illum non ad bystoriae fidem scribi: sed ad iusti imperii effigiem induci. legebat tamen nibilo setius in quo nullum praetermitti videbat diligentius: & moderati impatoris officium. Et quantum verbis praecipue studuerat: tamen re ipsa vir strenuus praefare elaborabat. Eo evenit ut impatoris artibus non inferior euaderet: quam qui unquam amplissimum fuerunt. Quid igitur praecipue parum nobis industrie fructum: laborisque parum: si tanto studio imitemur Cicerone oratoris: quanta ille diligentia xenophontis impatoris. Quae cum ita sint: nulla nos ratio defendere poterit: ne non indigni videamur laudibus eloquentiae: si hoc nobis negligenter opus: ex quo tamen oratoriae facultatis percipiamus: quantum ex eo percipi potest: quod nullum ne Cicerone: quidem Cicerone ipse testatur esse praestantius. Postremo bicliber est: quod quantum nobis placuerit: tantum nos praefecisse sciamus & quae admodum Cicerone voluit in huiusmodi libri dignitate sua de dicendo iudicium praeditari: ita nos: quicquid de illo iudicauerimus: cruditionis nostrae testimonium esse putemus.

Finis Praefationis.